

Prohemium quoddam de gestis & factis hungaroy R^{ij}

163120120

Invictissimo & potentissimo domino Ladizlao re-
no gloriosissimo regi hungarie magister Simon de
keza fidelis clericus eius ad istum aspirare cuius
pulchritudinem mirantur sol & luna. Cum uestro
cordi affectuose adiaceret hungarorum gesta cognos-
cere & id michi veraciter confitisset nationis eiusdem ystorias
que diversis scartabelis per ytaliam franciam ac germaniam
sparte sunt & diffuse inuolumentum unum redigere procuravi
Non imitatus orolum qui fauore ottonis cesaris cui hunga-
ri in diversis suis preliis confusiones plures intulerant mul-
ta inlebilis suis apocrypha confingens ex demonibus incubis
hungaros astruit generatos. Scripsit enim q. filius magni
addacici regis potestatis filius dum fines scitie armis imperet
mulieres que patris nomine baltrame nominantur plures secte
in exercitu suo dicitur deduxisse que cum essent militibus
infestissime. Retrahentes plurimos per blandicias anegocio &
militari consilium regis ipsas ferunt de consortio exercitus
ea propter expulisse. Que quidem per agents per deserta peragantes
loca sine litore paludis meotide tandem descenderunt. ibiq.
diucius dum mansissent priuata solacio maritali incubi
demones ad ipsas uenientes concubuisse cum eis iuxta dicta
oculif reformantur. Ex qua quidem conuentione dixit ungu-
ros oriundos. Sed ut eius affectio palam fiat falsissima &
primo per textum comprobatur euuangelicum q. spiritus
carnem & ossa non habent & qd. est de carne caro est. quod
autem de spiritu spiritus est. Contrarium quoq. naturis rerum
dixisse iudicatur & peritus aduersatur ueritati ut spiritus
generare possint quibus non sunt concessa naturalia instru-
menta que uirtutem ac officium dare possint generandi ua-
lentes perficere ueram formam embionis. Quo circa patet

⁴ Gandariis
Habes Jorund.

J. SAMBY.